



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

LXI. De voce Custodum, & Exministrorum Provincialium Capuccinorum in
Hispaniis, Sardinia, & Majorica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

ANNO
1695.

INNOCENTIUS DUODECIMUS.

253

ANNO
1695.

præfatamque Indulgentiam consequen, aliquo die festivo, quam feriato accedere, & propterea Indulgentiam supradictam ad Dominicam intra Octavam festi prædicti, quoties illud in diem feriatum cadat, per Nos transferr summopere desideret. Nos ejusdem Procuratoris Generalis supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis annuere volentes Indulgentiam hujusmodi per dictum Gregorium prædecessorem, ut præfertur concessam, quod Ecclesie dictæ Societatis in Insula præfatae consitentes dumtaxat, quoties Ffestum S. Ignatii prædictum in diem feriatum cadat ad Dominicam intra illius Octavam, ita ut Christifideles in Ecclesiæ hujusmodi ipsa Dominicæ adimplentes, eamdem prorsus Indulgentiam consequantur, quam consequerentur, si eadem præmissa die festo præfato adimplerent, servata alias in omnibus, & per omnia Literarum prædictarum forma eadem Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo etiam transferimus. In contrarium facien. non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Julii MDCXCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LX.

Dividitur Provincia Sardinæ FF. Capuccinorum in duas.

Inn. XI. Conf. ed. 1677. Nov. 7. P. 1. extat alia divisio Provinciae. Et Conf. ed. 1679. Feb. 19. P. 3. ereditio nova Provinciae. Clem. vero XI. Conf. ed. 1704. Mar. 1. P. 4. item divisio Provincie.

Dat. 6. Aug.
1695. An. 5.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Causæ Divi-
fionis.

PRO parte Charissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Nobis nuper exponi fecit dilectus Filius Nobilis Vir modernus Dux de Medina Cæli ejusdem Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Orator, quod cum in Regno Sardinæ, cuius ipse Carolus etiam Rex existit una dumtaxat Provincia Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum reperiatur, eaque vi- ginti duobus Conventibus, in quibus quadringenti, vel circiter Religiosi dicti Ordinis degunt, constet, ac pro illius visitatione quotannis necessario juxta eorum Constitutiones facienda, plusquam quadringentarum leucarum iter pedibus confidendum sit, Ministri Provinciales Provinciae hujusmodi plerumque in tam longa peregrinatione decidere, aut inutiles per reliquum vita eorum tempus remanere solent. Cum autem sicut eadem expostio subiungebat, in Capitulo Generali ejusdem Ordinis novissime celebrato pro ejusmodi incommodo tollendo, seu remedio illi rei adhibendo, decretum fuerit, ut memorata Provincia in duas dividatur: Nobis propterea memorati Caroli Regis nomine humiliiter supplicatum fuit, ut opportunam ad id facultatem concedere de benignitate Apostolica dignaremur.

¶. 1. Nos igitur piis ejusdem Caroli Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium prepositorum, qui dilectos Filios Procuratorem, & Diffinitores Generales prædicti Ordinis audiverunt, consilio, & attento, quod pro hoc ipso instant etiam dilecti Filii Minister Provincialis, & Custodes Provincie supradictæ, petitam facultatem dividendi eamdem Provinciam auctoritate Apostolica tenore præsentium concedi-

Preces Regis
Catholici.

Divisio d.
Provincie in
duas.

Bullarii Romani Contin. Pars VI.

mus, & impartirur; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorium Cardinalium.

¶. 2. Decernentes easdem Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plebarios, & integratos effectus fortiri, & obrinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit præmissim suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sive in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caparum Palati Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

¶. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non prædictorum Ordinis, & Provinciae, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VI. Aug. MDCXCVI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Confirmatur Decretum Congregationis particularis circa vocem Custodum, & Exministrorum Provincialium FF. Capuccinorum in Regnis Hispaniarum, Sardinæ, & Majoricæ in Diffinitoriis Provincialibus.

Conf. ed. 1693. Mar. 29. P. 1. abrogati fuere Discreti. Et Conf. ed. 1693. Sep. 12. P. 3. subrogati fuere Custodes, & Exministri. Clem. vero XI. Conf. ed. 1701. Aug. 28. P. 1. abrogantur Discreti in Provincia Handrobelgiae.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper per Congregationem nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium a Nobis particulariter deputatorum accepto, quod ex abolitione Discretorum Conventualium olim eligi consuetorum pro Capitulo Provincialibus Provinciarum in Regnis Hispaniarum existentium, necnon Sardinæ, & Majoricæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum, necnon ex subrogatione eorum loco Custodum, & Exministrorum Provincialium immediatorum, ipsarum Provinciarum, quas Nos non ita pridem de Congregationis hujusmodi consilio per quadam nostras in simili forma Brevis Literas feceramus, ortum fuerat dubium: an Custodes, & Exministri Provincialis hujusmodi votum habere deberent in Diffinitoriis earumdem Provinciarum, vel potius in solis functionibus Capitularibus, pro declaratione dubii hujusmodi emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet - Sacra Congregatio particularis Eminentissimorum, & Reverendissimorum Dominorum Cardinalium per Sanctissimum Dominum Nostrum deputata, censuit, ac declaravit, Custodes, & Exministros Provincialis immediatos vigore Brevium, de quibus agitur, non habere vocem in Diffinitoriis Provincialibus, sed solum in Capitulis: ac prop.

Dat. 14. Aug.
1695. An. 5.

Causæ Decre-
ti.

Decretum d.
Congregati-
onis.

Clauſuſe.

Translatio-
nem. si fel-
lum S. diem
feriarum ca-
dat.

Y

terea

Preces Regis
Catholici.

terea injungendum Nuncio Apostolico Hispaniarum, quatenus ita exequi curet. Roma 24.
Martii 1695. - G. Cardinalis Carpinus -- A. Al-
tuinus Secretarius.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præ-
sentium Literarum transumptis, seu exemplis,
etiam imprecis, manu alicuius Notarii publici
subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica di-
gnitate constituta munitis, eadem prorsus fides
ubique locorum habeatur, tam in Judicio quam
extra illud, quæ haberetur ipsiis præsentibus, si
forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
sub Annulo Piscatoris die XIV. Augusti
MDCXCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Confirmatio
relati Decre-
ti.

Clauſula.

§. 1. Cum autem, sicut pro parte Charissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, per dilectum Filium Nobilem Virum modernum Ducem de Medina Celi ipsius Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem Nobis subinde expositum fuit, idem Carolus Rex præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostra patrocinio communiri summopere desideret: Nos piis dicti Caroli Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, supplicationibus ejusdem Caroli Regis Nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsentum, au-
toritate Apostolica tenore præsentum appro-
bamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intellexerint, supplemus.

§. 2. Decernentes easdem præfentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suos plenarios, & integros effectus fortini, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabili, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab illis res-
pective inviolabiliter observari: sive in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caſarum Palati Apostolici Auditores, judi-
cari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si se-
cūs super his a quoquam quavis auctoritate scien-
ter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Quocirca Venerabili Fratri Friderico Ar-
chiepiscopo Mediolanen. moderno, & pro tem-
pore existenti Nostro, & Apostolicæ Sedis in
Regnis Hispaniarum hujusmodi Nuncio per præ-
fentes committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios ipsas præfentes Literas, & in eis contenta quæcumque ubi, &
quando opus fuerit, & quories pro parte inter-
esse in præmissis habentum, seu alicuius eorum
desuper fuerit requisitus, solemniter publicis il-
lisque in præmissis efficacis defensionis præsidio
assistens, faciat auctoritate Nostra illos, & eorū
quilibet præsentium Literarum, & in eis
contentorum eorumdem commodo, & effectu
pacifice frui, & gaudere, non permittens illos
desuper a quoquam quavis auctoritate quomodo-
libet indebet molestatari, perturbari, vel in-
quietari. Contradictores quoilibet, & rebelles
per Sententias, Censuras, & poenas Ecclesiasti-
cas, aliaque opportuna Juris, & facti remedias,
appellatione postposita, compescendo, ac legitimi-
mis super his habent. servatis Processibus, Cen-
suras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus ag-
gravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit,
auxilio Brachii Sacularis.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac fel. rec.
Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris Nostri de una, &
& Concilii Generalis de duabus dictis, dummo-
do ultra tres dietas aliquis vigore præsentium in Judicium non trahatur, aliique Constitutio-
nibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon
quatenus opus sit, Provinciarum, & Ordinis
hujusmodi, etiam Juramento, confirmatione
Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis,
Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque,
Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium
præmissorum quomodolibet concessis, confirma-
tis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis,
illorum tenores præsentibus pro plene, & suffi-
cienter expressis, ac de verbo ad verbum inser-
tis habentes, illis alias in suo robore perman-
fus, ad præmissorum effectum hac vice dum-
taxat specialiter, & expresse derogamus, cæ-
rifque contrariais quibuscumque.

Confirmatur Decretum Ministri Generalis FF.
Min. S. Francisci Reform. de electione Guar-
dianorum, aliorumque Officialium, necnon
familiarium pro Conobiis recollectorum Pro-
vinciæ Romanæ.

Inn. XI. Conf. ed. 1685. Apr. 16. P. 9. agitur de
electione Officialium in Hispania. Et Clem. XI.
Conf. ed. 1705. Mar. 12. P. 5. de Procuratore
Gener.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 12. Sept.
1695. An. 5.

A Lias pro parte dilectorum filiorum Guar-
diani, & Discretorum Conventus S. Bonaventuræ de Urbe Ordinis Fratrum Minorum
Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum nobis exposito, quod cum apud eos in more positum reperiatur, ut pro tem-
pore exiftens Guardianus dicti Conventus tam-
quam præfati, & aliorum Provinciæ Romanæ
dicti Ordinis pro Recollectione, seu secessu Fra-
trum Reformatorum Ordinis hujusmodi assignatorum
Conventuum Director, singulis annis
occasione celebrationis Capituli Provincialis, seu
Congregationis dicta Provincia duos, aut tres
Religiosos pro quolibet Conventum hujusmodi
di Diffinitorio ejusdem Provinciae præsentaret,
& ex iis unus arbitrio ipsius Diffinitorio unicuique ex Conventibus præfatis in Guardianum
respective, præficaretur, necnon ulterius idem
Guardianus Director folium quoddam nōmina
Religiosorum præ ceteris omnibus dictorum
Conventuum Officiis aptiorum, ac in eis de
familia respective collocandorum continens dicto
Diffinitorio similiiter exhiberet: folium vero hu-
jusmodi a memorato Diffinitorio approbaretur,
ac subinde a pro tempore existente Ministro
Provinciali Provincia supradictæ subscriptum ipsi
Guardiano Directori, adhoc ut ab eo executio-
ni demandari posset, restitueretur; Mos hujusmodi
plurium annorum spatio ob plenam,
quam idem Guardianus Director de suis Sub-
ditis, eorumque qualitatibus notitiam habet,
cum maxima Religiosorum secessus hujusmodi
pace, & tranquillitate servatus fuerat. Et in
eadem expositione subiuncto, quod idem Guar-
dianus, & Discreti verebantur ne progressu
temporis probatum hunc morem in Divini ser-
vitii, ac religiosæ quietis perniciem variari, seu
mutari contingeret; ac proinde pro eorum parte
Nobis supplicato, quatenus eundem morem
de cetero ab iis, ad quos spectat, & pro tem-
pore spectat, inviolabiliter servari mandare-
mus: Nos ejusmodi gratia concessionem per re-
scriptum nostrum cum facultatibus necessariis
remisimus arbitrio dilecti filii Bonaventura Poerii
Ministri Generalis Ordinis supradicti, qui
ejusdem rescripti vigore Decretum in præmissis
edit tenoris, qui sequitur, videlicet: Fr. Bonaventura Poerius Lector Jubilatus, totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, necnon auctoritate Sanctiss. D. N. Papæ XII. Commissarius Apostolicus, Servus &c.

Mos invale-
rat, ut Guar-
dianus S. Bo-
naventuræ
folium Guar-
dianorum,
aliorumque
Officialium,
nec non fa-
miliarum
Diffinitorio
præsentaret.

Decretum
Ministri Ge-
ner. confi-
mans præ-
morem cum
aliqua refor-
matione.

§. 1. Cum